



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem  
Disputationes in Capita diuisas

**Vázquez, Gabriel**

**Antverpiæ, 1621**

Disp. LXXII. Qua ratione essentia Dei sit idea creaturam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

Ad primam  
& secundam  
rationem  
dicitur, resp.

Iam vero fundamenta prioris sententia facile corruunt. Ad primam enim, & secundam rationem Scoti respondeo, tamen in mente artificis creati res ipsa obiectiue præsens vere sit idea, quia est forma, cuius instar aliquid fit: in Deo tamen esse non potest. Ratio vero discriminis est manifesta, quam fuisse in hoc cap. profecti sumus. Cur vero in mente artificis creati Verbum, & species expressa non sit idea artis, sequenti etiam disputatione patebit.

Ad confirmationem vero dico, essentiam quidem diuinam secundum suum esse, dissimilem admodum esse rebus creatis: nihilominus, quia omnes repræsentat, quatenus creatura ad imitationem illius fieri dicitur, vt seq. disput. videbimus: atque hæc repræsentatio sufficit, vt veram habeat rationem ideæ. Denique est testimonium Augustini solum probat ratione distingui essentiam diuinam, prout est hominis idea, à se ipsa, quatenus est idea equi: vt ibidem etiam dicitur: & hoc satis est, vt dixerit August. non eadem ratione conditum esse hominem, & equum.

Longius  
explicatur.

DISPVTATIO LXXII.

Quaratione essentia Dei sit idea creaturarum.

Varia Scholasticorum sententia. cap. 1.  
Essentiam Dei, prout est cognitio, & similitudo quasi expressa creaturarum, esse earum ideam probabilior opinio fert, cap. 2.

CAPVT I.

Varia Scholasticorum sententia.

Um Doctores omnes pro secunda opinione in præced. disp. commemorati vno ore pronunciant ideam creaturarum in Deo non esse creaturas obiectiue illi præsentis, sed ipsammet diuinam essentiam, in hoc tamen pronunciato explicando variant, nec omnes rationi contentanea docent. Placet igitur singulorum sensus paucis perstringere, vt verius, & facilius rem hanc explicare possimus.

Primo Ricardus in 1. d. 36. q. 2. ar. 2. inter plures acceptiones ideæ, quas ibi recenset, affirmat essentiam Dei esse ideam creaturarum, quod re ipsa ab eis imitabilis est, non quatenus intelligitur, vt imitabilis, Itaque rationem ideæ ita tribuit essentia diuinæ, vt absque villo ordine ad intellectum hoc ei concedat. Contra vero S. Thom. Caietan. & alij recentiores Thomistæ artic. 2. huius quaestio. negid. in 1. disp. 36. art. 2. q. 2. ad 2. Henric. quodlib. 9. q. 2. & Ferrar. in 1. contra gent. c. 54. multo probabilior docent, quatenus essentia diuinæ conuenire rationem ideæ, quatenus eam Deus intelligit, vt imitabilem à creaturis: sic enim ipsi Deo comparatur, vt idea eorum, quæ ad sui imitationem factus est: nam idea est forma exemplaris, cuius inspectione atque instar aliquid efficitur: & nisi forma sit principium operis per intellectum, etiam si ei aliud affimilatur, vt Filius Patri, eius tamen idea non est. Idea igitur quatenus idea, seu forma exemplaris, necessario ad intellectum refertur, qui per illam principium est operis alienius.

Secunda, S. Thomas, & alij recentiores Thomistæ, in 1. disp. 36. art. 2. q. 2. ad 2. Henric. quodlib. 9. q. 2. & Ferrar. in 1. contra gent. c. 54. multo probabilior docent, quatenus essentia diuinæ conuenire rationem ideæ, quatenus eam Deus intelligit, vt imitabilem à creaturis: sic enim ipsi Deo comparatur, vt idea eorum, quæ ad sui imitationem factus est: nam idea est forma exemplaris, cuius inspectione atque instar aliquid efficitur: & nisi forma sit principium operis per intellectum, etiam si ei aliud affimilatur, vt Filius Patri, eius tamen idea non est. Idea igitur quatenus idea, seu forma exemplaris, necessario ad intellectum refertur, qui per illam principium est operis alienius.

Et tandem Ricardus hanc opinionem probabilem putat. Sed Caietan. adeo veram esse dicit, vt affirmet accidentarium omnino esse essentia diuinæ intrinsece existere in ipso Deo, vt veram subiectam rationem ideæ: nam hoc impossibili concessio,

quod ea solum in intellectu dei obiectiue præfens esset, veram nihilominus haberet rationem ideæ: sicut in artifice creato accidit: res enim obiecta, quam sibi artifex proponit, vt instar illius aliam faciat, vere est illi idea, & forma exemplaris. In Deo autem licet creatura possibilis sic apprehensa sui ipsius, vt existentis, idea esse non possit, (vt præced. disp. demonstratum est; quia est idem omnino cum illa: idea autem ab opere ipso differre debet) essentia tamen diuina cognita, vt imitabilis, idea creaturarum esse potest, cum ab eis distinguatur, & ea sola ratione idea erit, qua obiectiue præfens est intellectui diuino: accidit igitur aliunde eam intrinsece in ipso Deo esse. Fundamentum huius sententiæ vnicum est: afferunt enim prædicti Doctores essentiam diuinam, non quatenus est intellectio, & quasi verbum, aut species creaturarum eas repræsentans, sed prout est obiectum quoddam cognitum aliqua ratione imitabile à creaturis, esse ideam illarum.

Fundamentum

Ceterum hanc sententiam falsam esse ex ijs, quæ dicemus, perspicuum erit: tum quia essentia diuina, vt est obiectum cognitum, & causa solum creaturarum, nullo modo imitabilis est, nisi quatenus est causa per cognitionem: tum etiam quia ea sola ratione idea creaturarum esse potest, qua cognitio est, & verbum earum; hoc autem modo non est essentia accidentarium, Deo inesse.

Refellitur

Iam vero cum habeamus essentiam Dei ea ratione ideam esse, qua ad intellectum refertur, vt imitabilis; difficile adhuc est explicare, quo pacto imitabilis sit à creaturis, quæ ipsi omnino oppositæ videntur. De hac re nihil S. Tho. & Agidius expresse tradunt. Henricus vero, Caietan. Ferrar. & alij recentiores Thomistæ superius allegati dicunt omnes creaturas ad imitationem essentia diuinæ fieri, quod in ipsa omnis earum perfectio eminenti quadam ratione, licet non formaliter continetur: idque satis esse censent, vt sit omnium earum idea: quam aspiciens deus, vt eminenter continet creaturarum perfectiones, instar illius quamlibet creaturam vere producere dicatur.

S. Thomas, Agidius, Henricus, Caietanus, Ferrar. Quæ ratio creatura ad imitationem essentia diuinæ producatur facundia Thomistæ.

Verum hæc sententia, si iactis solum principijs ininitatur, infirma videtur: nam cum asserit essentiam dei virtute, & eminenti ratione quamlibet creaturæ perfectionem continere intelligit creaturarum perfectiones in Deo esse tanquam in causa æquiuoca, quia eas producere potest, non virtute formæ eiusdem rationis, quam in se habeat, sed ratione altioris naturæ, sicut Sol producere potest calorem, non calore, qui est forma eiusdem rationis, sed luce, quæ altioris naturæ est, quod est perfectionem creaturæ eminenter, non formaliter in Deo esse. Hac autem ratione essentia Dei idea esse non potest, sicut neque lux Solis assumi potest, vt exemplaris forma, ad producendum calorem. Nam quemadmodum nullus intellectus quantumuis perspicax, aspiciens lucem, instar illius diceretur calorem producere, ac proinde eam pro idea caloris habere, sic etiam nullus intellectus aspiciens essentiam Dei, eo quod illa virtute eminenti perfectiones continet creaturarum, illam habere potest vt ideam, & formam exemplarem earum; aut enim intellectus aspiciat, quod est formaliter in essentia diuina, & hoc omnino dissimile est creatoris; ergo ad illius imitationem nulla creatura fieri potest: aut aspiciat id, quod in essentia Dei est, eminenter, scilicet ipsam perfectionem creaturam;

Refellitur primo.

creaturam: & hæc idea esse non potest intellectu diuino: sic enim creatura obiectiue Deo præfens idea esset sui ipsius: ergo incidere in sententiam Scoti, & aliorum superiori disput. impugnamus. Et certe si essentia diuina, quatenus eminenter continet creaturas, esset earum idea, esset idea imperfectior quam esse posset, quia maior perfectio ideæ consistit in eo, quod perfectiori modo imitabilis sit: essentia autem hoc pacto imperfecte imitabilis est, cum solum assimilatur effectui secundum illud, quod virtute continet, non secundum illud, quod in ipsa formaliter est.

Quod si aliquis dicat essentiam Dei, prout est cognitio, & species expressa creaturarum, esse earum ideam in mente Dei, & instar illius creaturas produci, eo quod Deus sit causa earum intellectiōne sua, in quantum illas cognoscit, non autem sua substantia, in quantum est; certe hoc verissimum esse sequenti cap. demonstrabimus. Hanc tamen non esse sententiam Caietani, aut Henrici manifestum est: ipsi enim cum asserunt essentiam dei cognitam vt imitabilem esse rerum ideam, loquuntur de ipsa, prout est primum obiectum cognitionis dei, non quatenus est cognitio ipsa, aut species expressa, seu verbum creaturarum. Deinde cum Caiet. dicat essentiam diuinam quatenus cognitam hac sola ratione ideam fore, etiam si non esset formaliter, sed solum obiectiue in ipso Deo, plane loquitur de ipsa, non vt est cognitio creaturarum, sed vt est res cognita tantum, & primum obiectum. Nam si, prout cognitio est, Deo non inesset, non posset ipsi esse idea creaturarum, vt satis constat: ergo loquitur de diuina essentia, non quatenus est cognitio, sed in quantum est, & quatenus substantia sua est principium efficax creaturarum, & primum obiectum diuini intellectus. Hac vero ratione non posse ideam esse imitabilem à creaturis, satis probatum manet.

CAPVT II.

Essentiam Dei, prout est cognitio, & similitudo quasi expressa creaturarum, esse earum ideam, probabilius opinio fert.

Superest igitur, vt essentia diuina, quatenus representat creaturas, quia est illarum cognitio, seu verbum, sit earum idea. Hac enim sola ratione creaturæ ipsam imitari, & instar illius fieri possunt. Quare similitudo, quæ requiritur inter ideam, & rem, cuius est idea, non erit secundum vnitatem eiusdem formæ, qualis est inter duo alba, sed secundum representationem, sicut species seu verbum alicuius rei dicitur similitudo illius: cum tamen interdum longe diuersæ naturæ sint, & qualitatibus. Hanc sententiam tradunt aperte Bonau. in 1. d. 35. art. 1. q. 1. in corpore, & Capreo. d. 36. q. 1. art. 1. ad 1. Durandi, & colligitur ex S. Thom. infra q. 19. art. 4. vbi docet res in Deo esse veluti in causa, secundum modum causæ: & quia est causa per intellectum, ideo esse in deo sicut in cognoscente: ergo si, vt fatebantur Thomistæ, diuina essentia eatenus idea creaturarum est, quatenus eas in se habet eminenter vt causa, & illarum est causa vt cognoscentis est: sequitur hac ratione ipsarum ideam esse: atque in hunc sensum explicari debet in hac questione art. 2. in solutione 1. cum ait essentiam Dei esse ideam creaturarum, quatenus est similitudo, vel ratio huius, vel illius rei, & eodem

pacto est intelligendus in corpore, vbi inquit essentiam Dei esse ideam creaturarum, prout participabilis est secundum aliquem modum similitudinis. hoc est, representationis. Fecellit autem Thomistas, quod existimauerunt, Deum esse proxime causam rerum omnium essentia sua, in quantum est, non in quantum intelligit; & vult: quod esse plane falsum, ostendemus disput. 81. idcirco consent in essentia ipsius, in quantum est, contineri perfectiones creaturarum, vt in causa, eminentiori quadam ratione: & ita imitabilem quodammodo esse à creaturis. Inde etiam docuerunt supra disput. 60. Deum intueri creaturam in se ipso, vt in causa, in quantum est. Sed quia, vt ibidem probauimus, eo modo non posset Deus creaturas in se videre, ac proinde necesse est eas solum in se intueri, vt in speculo, hoc est, vt in specie expressa illarum, & quia, vt infra disput. 81. dicturi sumus, Deus est proxima causa creaturarum per intellectum, & voluntatem, in quantum intelligit, & vult, non in quantum est: priori ratione dicendum est essentiam eius solum esse ideam creaturarum, quatenus cognitio earum est, atque hoc pacto perfectissime imitabilem esse.

Cæterum, vt id melius intelligamus, notanda est doctrina Bonau. loco citato, qui ait, inter aliqua duo triplices excogitari posse similitudinem. Prima est participationis, intelligit secundum vniocam rationem, quam vtraque res formaliter participat, & hæc nullo modo inter Deum, & creaturam esse potest. Secunda est imitationis; & hanc inquit esse modicam inter Deum, & res creatas: intelligit secundum analogicam aliquam perfectionem: in vtroque enim reperitur sapientia, intellectus, voluntas, & alia id genus, sed analogica tantum ratione, ob quam Durand. disp. præced. docuit essentiam Dei posse esse ideam creaturarum, imperfectam tamen, & secundum aliquas solum perfectiones, non secundum omnes. Tertia, inquit Bonau. similitudo est secundum expressionem, & representationem, qualis est inter speciem intelligibilem, seu sensibilem, & rem ipsam, aut obiectum: cum enim sint diuersæ omnino rationis secundum esse, representatione tamen, & expressione assimilantur. Hoc autem genus similitudinis eo perfectius est, quo species ipsa, seu intellectus rei expressior, & magis propria est: quod si quidditatiua sit, & rei, sicut est, erit perfectissima in suo genere similitudo: cumque essentia diuina perfectissimo modo, & ad viuam res intelligat proprio, & quidditatiuo conceptu: fit, vt eius essentia, quia est ipsi cognitio, & species expressa creaturarum, perfectissimo modo eas representet, ac proinde hoc genere similitudinis perfectissime ab ipsis imitabilis sit, sic enim omnino re ipsa producuntur, sicut essentia diuina eas representat.

Hanc sententiam sic explicatam existimo ceteris multo probabiliorem; tum, quia non videtur alia via superesse, vt secundum sanctorum Patrum, & Philosophorum doctrinam in mente Dei ideas rerum esse dicamus, vt ex impugnatione aliarum opinionum liquet; tum etiam, quia hæc via præclare explicatur genus imitationis, & similitudinis perfectæ, quæ inter Deum, & creaturas esse potest cum distinctione necessaria inter ideam, & rem, vt diuina essentia dicatur idea earum, & forma exemplaris ab eis imitabilis. At opponet aliquis. Si hoc ita esset, fieret etiam,

Secundo ab incommo modo.

Henricus. Caietanus. Caiet. essentiam diuinam facit ideam rerum non vt cognitio est, sed vt obiectum est cognitionis.

5

Similitudo ideæ ad rem cuius est, qualis.

6

Bonauent. Capreo.

Mens Sancti Thomæ explicatur.

Deus non est intellectus, & voluntas sua, est causa rerum.

7

Bonauent. Triples modus similitudinis rerum.

Durand.

8

In quo sit perfectissima similitudo diuinae essentiae, & creaturarum.

Vera sententia est huiusmodi.

Secundum.

vt

Obiectio, ab  
actu artificis  
creati patet

vt idea in mente artificis creati non esset res obie-  
ctiue illi præsens, vt superior disputat. conclusum  
est: sed ipsum verbum aut species expressa. Porro  
in neutro verbum ipsum, aut speciem expressam  
posse esse ideam probatur: nam idea videtur esse  
exemplaris illa forma, quam aliquis aspiciens in-  
stat illius aliam effingit: Deus autem non dicitur  
ita suam essentiam aspiciere, quatenus verbum crea-  
turarum est, vt ex vi huius aspectus ad imitatio-  
nem illius aliquid operetur: neque enim quia aspi-  
cit essentiam suam, vt est ip- cius expressa creatu-  
rarum, ipsa facit, sed quatenus aspicit ipsas crea-  
turas essentia sua tanquam specie, ipsas proxime  
producit. Hoc autem multo facilius de verbo exis-  
tente in mente artificis probatur: nullus enim arti-  
fex aspiciens qualitatem, quam habet in mente,  
sed solum aspiciens rem sibi obiectam in ea quali-  
tate, facit aliquid opus.

Solutio.  
Disputat  
inter Deum  
& artificem  
creatum.

Respondet esse discrimen inter verbum ipsum  
seu speciem expressam in mente artificis, & essen-  
tiam diuinam: nam verbum ipsum in mente arti-  
ficis non videtur, vt in ipso res videtur, & instar  
illius aliquid artifex operetur, sed actu quodam  
reflexo cognosci potest, imperfecte tamen: at ipsa  
essentia Dei prius certe videtur à Deo, quam in  
ipsa, vt verbo, & specie videantur à Deo creatu-  
ra: sicut disputat. 60. explicatum est. Quare arti-  
fex, vt dicatur operari per ideam intentionem, non  
debet prius reflexa operatione intueri, aut cogno-  
scere suum verbum, sed solum rem ipsam, quam  
apprehendit, instar cuius fieri debet opus exte-  
rius: Deus autem, vt cognoscat creaturas, quas  
facturus est, prius intuetur suam essentiam, qua  
veluti verbo expressa, sunt, quia essentia diuina  
simul est primarium obiectum, & verbum, seu  
species obiecti secundarij, hoc est, creaturarum.

10 Cumque ex eo quod essentia Dei facit ipsum  
Deum sui ipsius intelligentem, reddat etiam in-  
telligentem creaturatum, vt artic. illo 6. diximus;  
ideo aspectus ille, quo Deus suam essentiam in-  
tuetur, conducere videtur ad rationem ideæ, vt  
ad eam primum aspiciens, dicatur deinde facere  
creaturas instar illius, quoad expressionem, & re-  
presentationem. Deinde respondeo de ratione  
ideæ non esse, quod artifex aspiciens illam, opere  
ipso ex tali aspectu profecto dicatur eam imitari:  
sed satis esse, si artifex, aut Deus habeat in se for-  
mam aliquam, quæ sit principium operis per in-  
tellectum, ipsumque exprimat ad formam illius  
imitationem, & similitudinem hoc, aut illo mo-  
do, siue secundum vnitatem forme vniocam, siue  
secundum representationem, vt prædictum est:  
nilominus dico verbum in mente artificis non  
esse ideam, sed obiectum ipsum, quod sibi propo-  
nit imitandum ideam esse: in Deo autem eius es-  
sentiam esse ideam creaturarum, non rem ipsam  
obiectiue præsentem. Ratio vero discriminis ma-  
nifesta est, quoniam ad rationem ideæ requiritur  
etiam, vt opus factum, proxime, non remote, eam  
imitetur: quodcumque autem opus artificis pro-  
xime imitatur rem obiectiue præsentem intelle-  
ctui: illa enim distinguitur ab opere, & intellectui  
ratione ipsius rei obiectæ opus assimilatur, vt præ-  
cedenti disputatione dictum est: sed opus remo-  
te tantum imitatur verbum, aut speciem existen-  
tem in mente artificis, ratione rei representatæ,  
qui proxime assimilatur. Idcirco idea operis est res

Opus imitari  
debet ideam  
proxime, non  
remote.

apprehensa ab artifice; non species expressa, seu  
verbum illius. At quia creatura quæcumque, quæ  
est opus summi artificis Dei, non imitatur rem ob-  
iectiue præsentem intellectui diuino, quia hæc est  
ipsamet creatura eodem modo apprehensa, quo  
re ipsa futura est, & idem non imitatur seipsum:  
ideo res illa obiectiue Deo præsentis non est idea  
creaturæ producendæ. Fit ergo, vt creatura quæ-  
cumque à Deo producta imitetur essentiam diui-  
nam, vt est species expressa, aut verbum illius, eam-  
que pro idea habeat; cum nihil aliud existens in  
mente Dei res producta propinquius possit imitari.

Fateor quidem Doctorem S. in artic. 2. huius  
quæstionis ad 2. non obscure indicare ideam in  
mente artificis creati esse formam, seu speciem,  
quam intellectus exprimit: hoc tamen docuit, quia  
ille alibi etiam putauit, id quod intelligitur, non  
esse rem obiectiue præsentem, sed qualitatem in-  
tus formatam, quam verbum appellamus. Sic autem  
absque dubio verbum ipsum esset idea in  
mente artificis, atque huius opinionis fuisse S. Th.  
ostendimus disp. 9. sed an sit vera ibidem dictum  
est. Ex hac doctrina colligitur primo, rationem  
ideæ proprie communem esse tribus personis,  
sicut essentia cõmunis est: hæc enim est idea crea-  
turarum: quare non solum Filius proprie dicitur  
idea, nec solum Pater dicitur fecisse hoc vniuersum  
intuens ideam, hoc est Filium: sed soli Filio secun-  
dum appropriationem ratio ideæ tribuitur, sicut  
Spiritus sancto esse principium gratiæ: & eodem  
modo soli Patri attribuitur mundi productio per  
Filium, tanquam per ideam, eo quodars. & idea ad  
intellectum formaliter pertinet, per quem Filius  
generatur, & effectus gratiæ spectat ad amorem,  
per quem Spiritus sanctus procedit. Sic est intelli-  
gendas S. Th. infra q. 45. artic. 8. vbi docet Filio Dei  
conuenire vi suæ generationis esse principium  
creaturarum, cum procedat per intellectum: nam  
in solutione 2. ait soli Filio conuenire per appro-  
prietationem rationem principij, per quod facta sunt  
omnia, sicut ei etiam attribuitur sapientia: id quod  
eo loco satis explicabitur.

S. Tho. cur  
verbum me-  
us artificis  
ideam esse  
putet.

Ratio ideæ  
cõmunitas est  
triunitas.

12

Cur appro-  
prietur Filio  
ratio ideæ, &  
principij  
creaturarum.  
S. Thomas.

Secundo sequitur, ideam in Deo esse formaliter,  
non virtute, & eminenter tantum: nam licet res  
creaturæ in Deo solum sint virtute, aut obiectiue,  
non formaliter, hæc tamen non sunt ideæ intelle-  
ctus diuini, sed ipsamet essentia Deitatis, quæ in  
Deo formaliter est, dicitur idea.

Ideæ in Deo  
formaliter

Tertio inferitur, nomen *idea*, non solum signi-  
ficare essentiam Dei, sed respectum ad creaturas,  
qui secundum communem doctrinam, quam tra-  
demus disputat, 104. cap. 6. non potest esse realis,  
sed rationis.

Quid ad-  
dant supra  
essentia  
Dei.

ARTICVLVS II.

Vtrum sint plures ideæ.

AD secundum sic proceditur: Vi-  
detur, quod non sint plures ideæ:  
Idea enim in Deo est eius essen-  
tia: sed essentia Dei est vna tantum, ergo  
& idea est vna.

2. Præterea. Sicut idea est principium  
cognoscendi, & operandi, ita ars & sapi-  
entia, sed in Deo non sunt plures artes, &  
sapientia: ergo nec plures ideæ. Si dicatur  
quod ideæ multiplicentur secundum re-  
spectus

97  
Id. 36. q. 2.  
art. 2. & 1.  
cont. gent. 6.  
54. et verit.  
q. 3. art. 2. Et  
opus. 9. q. 66.

Vaquez in 1. part. Tomus I.

spectus ad diuersas creaturas. Contra, Pluralitas idearum est ab æterno: si ergo ideæ sunt plures, creaturæ autem sunt temporales: ergo temporale erit causa æterni.

3. Præterea. Respektus isti aut sunt secundum rem in creaturis tantum, aut etiam in Deo: si in creaturis tantum, cum creaturæ non sint ab æterno, pluralitas idearum non erit ab æterno, si multiplicentur solum secundum huiusmodi respectus. Si autem realiter sunt in Deo, sequitur, quod alia pluralitas realis sit in Deo, quam pluralitas personarum: quod est contra Damasc. dicentem, quod in diuinis omnia vnum sunt, præter ingenerationem, generationem & processionem. Sic igitur non sunt plures ideæ.

Sed contra est, quod dicit Aug. in lib. 83. quæst. Ideæ sunt principales quædam formæ, vel rationes rerum stabiles, atque incommutabiles: quia ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ, ac semper eodem modo se habentes, quæ diuina intelligentia continentur. Sed cum ipsæ neque oriuntur, neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri, & interire potest, & omne quod oritur & interit.

Respondeo dicendum, quod necesse est ponere plures ideæ. Ad cuius euidentiā considerandum est, quod in quolibet effectu illud, quod est vltimus finis, proprie est intentum à principali agente: sicut ordo exercitus à duce. Illud autem, quod est optimum in rebus existens, est bonum ordinis vniuersi, vt patet per Philosophum in 12. Metaphysic. Ordo igitur vniuersi est proprie à Deo intentus, & non per accidens proueniens secundum successionem agentium: prout quidam dixerunt, quod Deus creauit primum creatum tantum: quod creatum creauit secundum creatum, & sic inde, quousque producta est tanta rerum multitudo: secundum quam opinionem Deus non haberet, nisi ideam primi creati. Sed, si ipse ordo vniuersi est perse creatus ab eo, & intentus ab ipso, necesse est, quod habeat ideam ordinis vniuersi. Ratio autem alicuius totius haberi non potest, nisi habeantur propria rationes eorum, ex quibus totum constituitur. Sicut ædificator speciem domus concipere non posset, nisi apud ipsum esset propria ratio cuiuslibet partium eius. Sic igitur oportet, quod in mente diuina sint propria rationes omnium rerum. Vnde dicit August. in lib. 83. quæst. quod singula proprijs rationibus à Deo creata sunt: vnde sequitur, quod in mente

diuina sunt plures ideæ. Hoc autem quomodo diuina simplicitati non repugnet, facile est videre, si quis consideret ideam operari esse in mente operantis, sicut quod intelligitur, non autem sicut species, qua intelligitur, quæ est forma faciens intellectum in actu. Forma enim domus in mente ædificatoris est aliquid ab eo intellectum, ad cuius similitudinem domus in materia format. Non est autem contra simplicitatem diuini intellectus, quod multa intelligat, sed contra simplicitatem eius esset, si per plures species eius intellectus formaretur. Vnde plures ideæ sunt in mente diuina, vt intellectæ ab ipso. Quod hoc modo potest videri. Ipse enim essentiam suam perfecte cognoscit: vnde cognoscit eam secundum omnem modum, quo cognoscibilis est. Potest autem cognosci non solum secundum quod in se est, sed secundum quod est participabilis secundum aliquem modum similitudinis à creaturis. Vnaquæque autem creatura habet propriam speciem secundum quod aliquo modo participat diuinæ essentiæ similitudinem. Sic igitur, in quantum Deus cognoscit suam essentiam, vt sic imitabilem à tali creatura, cognoscit eam vt propriam rationem, & ideam huius creaturæ. Et similiter de alijs. Et sic patet, quod Deus intelligit plures rationes proprias plurium rerum, quæ sunt plures ideæ.

Ad primum ergo dicendum, quod idea non nominat diuinam essentiam, in quantum est essentia, sed in quantum est similitudo, vel ratio huius, vel illius rei. Vnde secundum quod sunt plures rationes intellectæ ex vna essentia, secundum hoc dicuntur plures ideæ.

Ad secundum dicendum, quod sapientia & ars significantur, vt quo Deus intelligit: sed idea, vt quod Deus intelligit. Deus autem vno intellectu intelligit multa, & non solum secundum quod in se ipsis sunt, sed etiam secundum quod intellecta sunt: quod est intelligere plures rationes rerum. Sicut artifex dum intelligit formam domus in materia, dicitur intelligere domum: dum autem intelligit formam domus, vt à se speculata, ex eo quod intelligit se intelligere eam, intelligit ideam, vel rationem domus. Deus autem non solum intelligit multas res per essentiam suam, sed etiam intelligit se intelligere multa per essentiam suam: sed hoc est intelligere plures rationes rerum, vel plures ideæ esse in intellectu eius, vt intellectas.

Ad tertium dicendum, quod huiusmodi

Lib. 1. c. 3  
c. 10. c. 11.

Lib. 83. q. 9.  
46. a. med.  
som. 4.

Li. 12. Me-  
taphysic. 52.

39

modi respectus, quibus multiplicatur idea, non causantur à rebus, sed ab intellectu diuino comparante essentiam suam ad res.

Ad quartum dicendum, quod respectus multiplicantes ideas non sunt in rebus creatis, sed in Deo, Non tamen sunt reales respectus: sicut illi, quibus distinguuntur personæ: sed respectus intellecti à Deo.

Conclusio articuli est affirmans, quam disputatione vnica cum tota articuli doctrina breuiter explicabimus: præter illam vero nihil est in hoc articulo, quod explanatione aliqua indigeat.

DISPUT. LXXIII.

Quo pacto in Deo sint plures idæ.

In Deo sunt plures idæ sola ratione distinctæ, cap. 1. Ideas in Deo non distinguuntur intellectu diuino, nec humano videns Deum, sed viatoris solum, cap. 2. Non dicuntur in Deo esse plures artes, aut scientiæ, sicut dicuntur esse plures idæ, cap. 3.

CAPVT I.

In Deo sunt plures idæ sola ratione distinctæ.

Proposita difficultas in ea solum opinione locum habet, quam disputatione præcedenti secuti sumus: videlicet ideam creaturarum in Deo esse ipsammet essentiam Dei. Nam si vera esset Scoti sententia, quæ dicit ideas esse creaturas ipsas obiectiue in Deo existentes, absque dubio plures essent idæ etiam realiter distincte in mente ipsius. Sed cum dictum sit ideam esse essentiam Dei, & ea simplicissima sit, dubium est, an plures, vel vna tantum idea concedi debeat: in hac vero difficultate Bonau. in 1. dist. 35. art. 1. q. 2. recenset quorundam sententiam, qui asserunt, plures ideas creaturarum in Deo esse, etiam sequendo opinionem, quæ docet, ideas non esse creaturas obiectiue in Deo existentes, sed essentiam eius. Neque vero hæc opinio fuit Gilberti, non enim eodem modo de attributis & relationibus diuinis dicitur re ipsa ab essentia Dei distinguuntur, vt disput. 116. c. 2. videbimus, de hac sententia dicit Bonau. etiam primo aspectu probabilis videatur, errorem esse manifestum, quia diuinæ simplicitati manifeste aduersatur. An vero hoc ita sit, & qualis fuerit damnatio Gilberti in Conc. Remensi, disp. 120. fustius dicetur. Interim tamen de ideis, sicut de attributis, cum antiquioribus Theologis dicamus non realiter, sed neque formaliter ex natura rei media inquam illa distinctione, quam Scotus excogitauit, sed sola ratione distinguuntur, id quod loco citato probandum nobis est: habet enim communem rationem hæc idearum distinctio cum distinctione attributorum.

De ideis ita philosophantur, & docent cum S. Tho. in hoc art. Caiet. & recentiores Thomistæ, Alex. 1. p. q. 2. m. 4. art. 1. §. 3. Alber. in 1. d. 35. art. 9. Bonau. ar. 1. q. 3. Ricard. d. 36. ar. 2. q. 3. Aegid. art. 2. q. 2. præsertim ad 1. Capreol. q. 1. art. 1. conclus. 3. Th. de Argem. q. 1. art. 1. in principio. Marfil. q. 1. prolog. ar. 2. p. art. imo & Dur. d. 36. q. 5. cum docuisset ideas esse ipsas creaturas obiectiue in Deo existentes, censet posse etiam ideam dici quodammodo essentiam ipsam: sed addit hoc pacto re ipsa vnicam tantum esse, & ratione solum multiplicem. Ex alijs vero commemoratis Vasquez, in 1. part. Tomus I.

Alber. putat commodius dici vnam tantum ideam in Deo esse plurium rerum, quam plures ideas rerum. Consentire videtur Aureol. quem refert Capreol. in illo primo art. imo & Duran. notauit melius dici plures rationes ideales in Deo esse, quam plures ideas, si idea sit ipsamet essentia Dei. Denique Marfil. asserit, ideas in Deo distinguuntur solum obiectiue, hoc est ex obiectis; loquitur fortassis more Nominalium, qui nullam concedunt in re aliqua distinctionem rationis, bene tamen distinctionem per connotata vel obiecta, de quo etiam loquendi modo loco citato tractandum erit.

Hoc saltem ex his omnibus auctoribus, vt certum colligamus, plures in Deo ideas non esse distinctas ex natura rei, sed sola ratione, siue hoc, siue illo modo loquendum sit. Porro absque alio additamento dici posse in Deo plures ideas non minus quam plures rationes ideales, ego non dubito, vtroque enim modo loquendi denotatur ordo aliquis ad intellectum distinguentem, eo quod nomen idea relatiuum sit, & significet essentiam Dei, sed relatum ad creaturas, quæ relatio cum sit rationis absolute dicitur multiplex in Deo, prout hoc nomine significatur, sic etiam non est, cur communi modo loquendi refugiamus concedere potius plures ideas rerum in Deo, quam vnicam plurium rerum, vt dicebat Alber. semper enim loquimur nostro modo nominandi, & conicipiendi: sicut communiter dicimus in Deo plura esse attributa. Et quidem August. plures eas appellat, cum dicit lib. 8. quasi. q. 46. alia ratione conditum esse equum, alia hominem, & Dionys. cap. illo 5 de diuin. nomin. non longe à fine, cum ideas, & exemplaria rerum in Deo appellat bonas voluntates, & prædestinationes.

CAPVT II.

Ideas in Deo non distinguuntur intellectu diuino, nec humano videns Deum, sed viatoris solum.

Sed inter auctores, qui dicunt ideas in Deo sola operatione intellectus distinguuntur non satis conuenit, vtrum diuino intellectu, an solum humano distinguantur. Tho. de Argen. plane docet, idearum distinctionem non ab intellectu humano, sed solum à diuino provenire. Probat vero, quia id, quod distinguit, non potest esse posterius eo, quod distinguitur: sed idæ sunt æternæ, & intellectus humanus temporalis, ergo non possunt ab eo distinguuntur, cætera omnia argum. sunt eiusdem farinae, quæ facili negotio vnica solutione diluentur. Porro autem intellectum diuinum distinguere in sua essentia diuersos respectus, quibus multiplicentur idæ, ipse & ceteri, quos recensimus disp. 118. docent, eo quod nihil obstat, quo minus Deus ita seipsum intelligat, sicut videt se à viatoribus etiam intelligi. Hanc sententiam ex parte sequuntur alij Theologi non infimi nominis, cum asserunt ideas quidem ab intellectu diuino distinguuntur, non tamen negant à nobis etiam distinguuntur posse. Sic vero docent Henric. quodlib. 9. q. 1. Aegid. q. citata præcedenti cap. ad 1. Capreol. in 1. d. 36. q. 1. art. 1. circa finem, ad 3. contra 2. conclusum imo & S. Thom. in hoc art. 2. ad 2. & 2. Caietan. & alij recentiores ibidem, clarius, r. contra argem. ap. 54. & ibidem Ferrar. fauent etiam alij, quos disput. 118. commemorabimus, qui docent attributa in Deo non sola ratione nostra, sed etiam intellectu diuino distinguuntur.

Adhuc tamen in explicanda hac opinione Doctores

Aureol.

Absolute in Deo sint plures idæ.

Augustin.

Dionysius.

Opinio Argen. Ratio illius.

Eidem sententia fauent alij.

Henricus. Aegidius. Capreolus. Thomas. Caietanus. Ferrar.

In quo distinguuntur.